



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Hieronymus D. Eccl. 30. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

612 VITÆ SANCTORUM. 30. Sept.

Quantâ solitudine nobis opus est, ut dignos nos exhibeamus Angelorum frequentia,  
Et eo modo conversemur in conspectu eorum, ne forte sanctoros offendamus obtutus? Vt enim nobis, si provocati peccatis nostris indignos nos judicaverint suâ visitatione.

S. Bern. serm. 1. de S. Michaele.

S. HIERONYMUS D. ECCL.

30. Septembris.

Fuit HIERONYMUS natione Damata. Mundum pñne omnem cum lustrasset, neque usquam hic arrideret, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transtulit. Hic dum identidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal, quis sit? rogatur. Respondet Christianum se esse: at negat iudex, Ciceronianum esse dictitans, non Christianum; simul mendacit convictum credi tamdiu imperat, dum vitæ emendationem HIERONYMUS, cælites vadimonium spondent. Et certè amplius quid fuisse quam somnium sparsæ passim per omne corpus plagæ loquebantur. Quid jam mirum, si exinde, quidquid demum ageret HIERONYMUS, auribus ruba illa fatalis obimur murabat, oculisque vindex ille iudex oberrabat? Porrò in more positum habuit, cum orcus incurset, ad Jesu pedes configere, hos longis jejunis

30. Sept. VITÆ SANCTORUM. 613  
niis multisque lacrymis mollire, investa  
interim cogitationum agmina assiduis  
saxorum ictibus è pectore propulsare;  
tam dulci victoria fructu, ut quandoque  
sublatum in cælum se putaret, qui iner-  
sum modò imis se inferis credebat. Inter-  
rim etiam dum vixit, Doctorem suum  
in Hieronymo orbis Christianus coluit,  
hostem vero hæresis extimuit. Ipse vitam  
denique ibi clausit, ubi ordiri Deus in-  
fans voluit, magnus heros, ut cui in tu-  
mulo Christi cunæ cesserunt. Ex vita  
Ḡ ejusd. ep.

Ecce de cælo tuba canit; ecce cum nubibus  
debellatur orbem Imperator armatus e-  
reditur; ecce bis acutus gladius ex Regis  
ore procedens obvia quaque metit; & tu mihi  
de cubiculo ad acriem, tu de umbrâ pro-  
gredaris ad sclem? S. Hier. Ep. I.

S. GREGORIUS ARMENIUS  
EPISC. 30. Septembri.

REGORIO huic nostro patria cognomen Armeno fecit. A Tiridate re-  
ges suppliciis, quantis vix illus alius Martyr, exercitus duravit tamen, inter mil-  
le mortes nunquam mortuus. Darem Catalogum cruciatuum, sed non capit  
hos scheda hæc: totum illi librum vitæ implent. Tibi hoc sufficiat, Lector:  
non ferenda tulit, non dicenda nobis  
fecit. Itaque victor in omnibus pugnis,

Qq 3

de-